

P R A E F A T I O S.

& in Officii declaratione, de munere Christi Prophetico, Regio & Sacerdotali. Hinc, quia nec in Christo simpliciter absolutum, sed in Christo. Fide apprehendendo determinatum est Restaurationis humanae consilium : ideo Tertio Loco, de Fide agendum fuit, qua Christum reparatorem nostrum apprehendimus, eiusq[ue] nobis parta beneficia, secundum aeternum praedestinationis consilium, nobis applicamus. Fides porro quia non hominis, sed DEI opus a donum est ; eaq[ue] ut nobis conferatur, & ad finem usque conservetur & confirmetur, Christus Reparator & Restaurator noster, triplici suo, Prophetico nempè, Regio & Sacerdotali munere fidelissimè perfungitur. Nam MAGNVS PROPHETA, per Verbi, Legis & Evangelii, ministerium, p[re]nitentiam & fidem in cordibus nostris excitat : Quarto igitur Loco, de Lege & Evangelio dicendum fuit.

Inde, de P[re]nitentia, que Contritione & fide constat ; de bonis Operibus, que certissimo comitatu eos sequuntur, qui verè resipuerunt : tūm aliquid etiam de privata

ta